



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1863

De S. Theophisto Martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](#)

DE S. THEOPISTO MARTYRE.

II JAN.

Menæa. II Januar. S. Theopistus lapidatus vitam finivit.

DE SANCTIS MARTYRIBUS THEBÆIS SEBASTIANO ET ALVERIO.

SUB DIGGLE-
TIANO.
II JAN.

De his sanctis Martyribus agit in historia Thebæa Guilielmus Baldesanus c. 33 sub finem; ex quo, et Ecclesie Fossanensis in Pedemontana Liguæ ditione monumentis, hæc scribit Philippus Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ ad 2 Januarii :

2 Alverius et Sebastianus milites Thebæi, cum ex finibus Sedunorum, Maximiani Imperatoris persecutionem et crudelitatem in eos qui Christianam religionem colebant, fugientes, in Taurinorum fines circa ea loca, ubi Fossanum civitas nunc est, se recepis-

SS-Alverius et
Sebastianus
ubi passi.

sent; ab Imperatoris satellitibus deprehensi, martyrio affecti sunt : quorum corpora in ecclesia Campestri, olim parochiali, apud Fossanum cum diu latuissent, anno salutis mccccxxvii, IV NON. Januarii in arcis lapideis, cum inscriptione, que eos ex Thebæa legione fuisse, et sub memorato Imperatore passos esse, ostendit, vocum celestium indicio reperta, et in basilicam dictar civitatis maiorem translatæ, non mediocrem habent venerationem. *Eorum meminit idem Ferrarius in generali catalogo Sanctorum.*

*Eorum in-
venta corpora
1427, 2 Ja-
nuar.*

II JAN.

DE S. THEODOTE

MATRE SS. COSMÆ ET DAMIANI.

Menæa: Eodem die S. Theodote mater Sanctorum medicorum gratis curantium, *Cosmæ scilicet et Damiani*, in pace vitam finivit. *De ea agitur in Actis filiorum xxvii Septemb. et in Menæis 1 Novembr.*

AN-CHR. CCCII.
ET CCCIII.
II JAN.

DE PLURIMIS MARTYRIBUS

ROMÆ PASSIS SUB DIOCLETIANO ET MAXIMIANO.

*Diocletiani
contra Chri-
stianos edi-
ctum.*

*Sacri codices
conquiruntur
cremandi.*

*Tradidores
qui.*

Anno decimonono imperii Diocletiani (*inquit Eusebius lib. 8, cap. 3.*) mense Dystro, qui a Romanis Martius nominatur, cum salutaris Passionis Dominicæ festum jam pro foribus esset; omnibus in locis per Imperatoris litteras palam indictum fuit, ut deturbarentur ecclesiæ, soloque sequarentur: scriptura Christianorum absurmentur igni : qui honorem fuissent adepti, de gradu turpiter depuneretur : privati, si modo in professione perstarent, libertate penitus privarentur. Ac primum quidem Edictum contra eos tale fuit. Non longo post tempore, aliis litteris exequuntibus, mandatum est, ut omnes Ecclesiarum Praesides ubique gentium conicerentur in vincula; deinde omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare co- gerentur. *Hæc Eusebius.*

2 Ejusmodi igitur, *inquit Baronius ad ann. 302, n. 22* de libris comburendis promulgato Imperatoris Edicto, in omni provincia Praesides, et in singulis civitatibus, oppidis, atque vicis Officia invigilabant, ut a Christianis codices traderentur ; ad hocque iidem urgebantur, additisque tormentis crudeliter cogebantur. Qui ergo atrocitate poenarum perterriti, quos apud se haberent codices traderent, Tradidores vocabantur. Horum ingens numerus fuit; sed prope inf-

nitus illorum, quorum constantia nulla est concussa formidine, qui ne codices sacros traderent, lubentissimo animo mortem operebantur. Horum omnium coronas, quod impossibile visum sit singulorum membrorum prosequi, una die, nempe II Januarii, Romana Ecclesia celebrat hoc praeconio : Romæ commemo- ratio plurimorum Sanctorum Martyrum, qui spreto Diocletiani Imperatoris edicto, quo tradi sacri codices jubebantur, potius corpora carnificibus, quam sancta dare canibus maluerunt.

3 *Hos ex veteribus monumentis in Martyrologii tabulas restituit Baronius, qui sepius in suis Annalibus eorum meminit, præsertim anno Christi 302 et 303. Diocletiani 19 et 20 ibidem uti et in Notis ad Martyrolog. ex Augustino, refert habitum eo tempore Cir- tense in Numidia Concilium, in causa eorum, qui sacros codices tradidissent.*

4 *Ibidem ex variis legibus docet Baronius, multo ante ab Ulpiano et Paullo fuisse responsum ut libri ma- gicæ artis, id est, Christianorum comburerentur. Nec norum jussi mirum, cum Arnobio teste ipsius Ciceronis libros de Natura Deorum et de Divinatione, quibus gentilitia superstitio videbatur posse convelli, quidam abolendos censerint.*

*Multi marty-
rio affecti,
quia libros sa-
cos nolebant
tradere.
Coluntur
2 Januar.*

*Concilium
Cirtense.
Libri Christia-
nicæ artis, id est,
Christianorum comburerentur. Nec norum jussi
mirum, cum Arnobio teste ipsius Ciceronis libros de
Natura Deorum et de Divinatione, quibus gentilitia
superstitio videbatur posse convelli, quidam abolendos
censerint.*